fuerit autem ambitus illius tanto maior basi N L, quanta est O L: tum connexa O N, erit ipsum Polygonū æquale H N O triangulo: ob idq; minus ipso H N L. Eadem argumētatio procedet, posita



ambitus & basis æqualitate: sicut in tertia figuratione conspicuū est, in qua Polygonum statuitur maius Triangulo P Q R: quoniā Cathetus est æqualis P S, & maior Catheto P Q. Parte altera, Polygonum statuitur minus Triangulo P Q T: quia Cathetus Polygoni ponitur æqualis P V, qui est Catheto P Q minor.

Ex ijs constat ratio inueniendæ areæ cuiuslibet Polygoni Regularis: insuper inueniendi superamenti, quo figura quæpiā Regularis superat Triangulum Rectangulum, uel quo ab eodem ipsa superatur: denique superamenti, quo figura quælibet Regularis